



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

36. Universis, & singulis, &c. Declaratio nullitatis, reprobatio & damnatio
omnium gestorum, & attentatorum ab Officialibus Serenissimi Ducis
Sabaudiaë, & Principis Pedemontis contra Communitates, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

ez, Communitati, & Hominibus Cortanzoni Asten. Dioc.

tum variis modis gravari, & cogi ad solutionem taxarum, aliorumque gravaminum mediante assignatione Belluarum coacte obtenta per dictum Serenissimum D. Ducem Sabaudia, & mediantibus ejus Officialibus, & Ministris in praedictum Jurisdictionis, & Supremi Domini ejusdem Sanctae Sedis. Et licet Communitas, Homines, & Habitatores dicti loci Cortanzoni in eorum publico Consilio ad hoc specialiter celebrato protestati fuerint de nullitate omnium gestorum, & agendorum per Ministros, & Officiales dicti Serenissimi D. Ducis Sabaudiae, cum Communitas praedicta, ejusque Habitatores, & Incolae existant sub alto, & supremo Dominio dicte Sedis Apostolicae, & propterea a nullo alio Principe molestari possint; Nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchi dicte Camerae Apostolicae Commissarii Generalis requisiti, quatenus renovationem antedicti Praecepti etiam contra dd. Communitatem, Homines, & Habitatores Cortanzoni concedere, & renovare velle dignemur. Nos itaque attendentes petitionem a dicto Illustrissimo Domino Commissario Camerae factam, ad effectum tuendi Jurisdictionem, & Supremum Dominium Sanctae Sedis, esse justam, & omni rationi consonam, renovationem praedicti Praecepti facien., & ut infra, concedendam fore, & esse duximus, prout de praesenti concedimus, renovamus, & omnino servari mandamus per praesentes.

§. 2. Quo circa de mandato Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papae XI. viva voce oraculo Nobis desuper facto, & auctoritate nostri Camerariatus Officii inhaerentes, ut supra, narratis literis Apostolicis Sanctitatis Suae super dd. nullitate actorum, & censuris dicte die 17. Maii 1707. publicatis, tenore praesentium, & in virtute sanctae obedientiae vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum, ac cui, seu quibus praesentes nostrae ostensa, seu praesentata fuerint, committimus, & stricte praecipiendo mandamus, quatenus statim visis, seu receptis praesentibus, & postquam praesentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, immo verius Apostolica auctoritate, sub excommunicationis, & interdicti, ac aliis arbitrio Sanctitatis Suae poenis ipso facto, & ipso Jure incurren., debeatis, & quilibet vestrum debeat praedictam Communitatem, Homines, Incolas, & Habitatores dicti loci Cortanzoni, ac ejusdem Communitatis publicos Repraesentantes, Ministros, & Officiales personaliter, si eorum Personas commode habere poteritis, sicut minus per affixionem praesentium nostrarum literarum ad valvas majoris Ecclesiae dicti loci nud., & prout etiam alias factum fuit, monuisse, & praecipuisse, prout Nos etiam in virtute sanctae obedientiae, & de Sanctitatis Suae ordine, & mandato Communitatem praedictam, ejusque Ministros dicti loci Cortanzoni Incolas, & alios in exequutione praesentium nominan., & cognominan. praecipimus, monemus, & interpellamus, ac praecipitari, moneri, & interpellari mandamus, ne sub dicti loci, illiusque membrorum, & pertinentiarum quarumque devolutionis, ac aliis poenis in corpore Juris, & verbis Feudorum, ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis audeant, seu praesumant, aut eorum aliquis audeat, seu praesumat praedictam Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiae, & Principem Pedemontii, illiusque Camerae Ducalem in praedicti loci Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, minusque con-

tributiones, & alia onera ipsi imponenda persolvere, seu persolvi facere, immodicam eandem Communitatem, ejusque Ministros, aliosque in exequutione praesentium nominandos monemus, ac eisdem sub jam dictis poenis modo praedicto praecipimus, & mandamus, ut dictum locum Cortanzoni, illiusque Incolas, Habitatores, ac bona omnia inibi existent. immunes, & immunita, liberos, & libera, ac in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare, & conservari facere, & a gravaminibus forsitan per dictum Serenissimum Dominum Ducem, illiusque Dominos Ministros super dicto Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet imponen. appellare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes dominia Sanctae Sedis inflictas intimare, ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus praedictis Sanctae Sedis Apostolicae protestari, & super praemissis omnia, quae necessaria fuerint, gerere, & exequutioni demandare, ut Jura Sanctae Sedis illaesa, intacta, & immunita penitus, & omnino remaneant non solum &c. sed & omni &c. In quorum fidem &c. Datum Romae in Camera Apostolica hac die 23. Maii 1716.

Joannes Baptista Spinula Card. Camerarius.
Dominicus Antonius Gallosius R.C.A.
Secretarius, & Cancellarius.

DECLARATIO

XI.

Nullitatis, reprobatio, & damnatio omnium gestorum, & attentatorum ab Officialibus Serenissimi Ducis Sabaudiae, & Principis Pedemontis contra Communitates, & homines Cisternae, Montaphiae, Cortanzae, & Cortanzoni in praedictum supremi domini eorumdem locorum ad Sedem Apostolicam, & Summum Romanum Pontificem pertinentis:

Nec non citatio, & Monitorium contra praedictos Laicae Potestatis Officiales ad comparandum, & allegandum causam, quare declarari non debeant incidisse in censuras, & poenas &c. ob ejusmodi attentata, & perturbata Sedis Apostolicae, & Romanae Ecclesiae jurisdictionem, & auctoritatem.

Joannes Baptista Spinula Presbyter Cardinalis Sancti Caesari, Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius.

Universis, & singulis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Archiepiscopis, Episcopis illorumque Dominis Vicariis, necnon RR. Dominis Abbatibus, Praepositis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, aliisque in Dignitate Ecclesiastica constitutis, ac quibusvis alijs Curiarum Ecclesiasticarum Officialibus, Ministris, & Executoribus, illique, vel illis, ac cui, seu quibus praesentes nostrae Literae ostensa, seu alias quomodolibet praesentata fuerint, salutem in Domino sempiternam.

§. 1. Noveritis nuper, & infra scripta die fuisse coram Nobis, & in Tribunali nostro pro parte, & ad instantiam Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Joannis Caroli Piancastelli Reverendae Camerae Apostolicae Commissarii Generalis personaliter comparitum, & expositum jamdudum Laicalem Potestatem Taurinensem excogitasse, omnique conatu fatigasse, Jurisdictionem, & Jura Sedis Apostolicae usurpare,

Cisterna, Montaphia, Cortanza, & Cortanzoni Asten. Dioc. subiacent supremo Dominio Sedis Apostolicae.

Renovatur Praeceptum dicte Communitati, & Hominibus Cortanzoni Asten. Dioc. alias injunctum, ne Ducem Sabaudiae in Supremum Dominum dicti loci recognoscant sub poenis &c.

praeterim verò id contigisse narravit in Principatu Cisternae, & Montaphiae ac Marchionatu Cortanzæ, & Cortanzoni in Diocesi, & Comitatu Astenensi, & ab eadem Ecclesia Episcopali Astenensi Taurini, & Papiæ respectivè dependentium, supremoque, alto, & directo Dominio, & Jurisdictioni dictæ Sanctæ Sedis totaliter subditorum.

Narrantur gravamina, & attentata Laicalis Potestatis in dictis locis.

§. 2. Siquidem pluribus abhinc annis praefatam Laicalem Potestatem contra eadem Loca, eorumque Habitatores, & Apostolicæ Sedis Vassallos plura attentasse, illos scilicet contra omne Juris debitum, ac in Apostolicæ Sedis praejudicium vexasse, & ad contribuendum Taxas coegisse, ac Bona in eisdem Feudis posita, & existentia onere Contributionum, & Taxarum realium, & personalium respectivè gravasse, aliaque hujusmodi ita violenter gessisse, & attentasse, ut Feudatarii dictorum Locorum, illorumque Habitatores, & Vassalli Sanctæ Sedis tales sese agnoscerent, & exhiberent erga Serenissimum Sabaudia Ducem, & Principem Pedemontis, ac si fuissent, & essent ejus Subditi, & Vassalli, itaut omnibus oneribus, & contributionibus de facto subjacerent, quibus dicti Serenissimi Ducis Subditi de jure subjacent.

Præceptum injunctum Feudatariis, ac hominibus dd. locorum, ne Ducem Sabaudia in supremum Dominum recognoscerent.

§. 3. Ad hæc autem avertenda mala, (ut idem Illustrissimus Dominus Comparens profequendo exposuit) quæ Jurisdictioni, ac supremo Dominio Sedis Apostolicæ per vim, ut præmittitur, inferebantur, provilà sollicitudine Commissarii Generalis tunc temporis Reverendæ Camera Apostolicæ die octavâ Augusti 1702. fuerunt coram Nobis expeditæ literæ inhibitoriales, quibus, justitiâ suadente, injunctum fuit Feudatariis dictorum Locorum, illorumque Vassallis, Subditis, & Habitatoribus, ne sub dictorum Feudorum, ac illorum jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliisque penis censurarum in corpore juris, Constitutionibus Apostolicis, & usibus Feudorum contentis & comminatis, auderent, seu præsumerent prædictum Serenissimum Ducem Sabaudia, ac Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prædictorum Feudorum Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis agere, & exercere, seu alia onera ipsis imponenda persolvere, sed Bona omnia inibi existentia immunia, & exempta pro Sancta Sede conservare, & à gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Ducem, illiusque Administratos super dictis Feudis, Habitatoribus, & Bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare, de nullitate dicere, aliaque pro tuenda Sanctæ Sedis Jurisdictione agere deberent, prout latius in eisdem literis continetur, ad quas &c. Ast in inceptâ usurpatione Jurium Apostolicæ Sedis perseverans Laicalis Potestas Taurinensis ad alia hujusmodi, & similia graviora contra Vassallos, & Bona prædicta processit.

Aliud simile Præceptum dd. locorum hominibus renovatum.

§. 4. Quamobrem, ut Apostolicæ Sedis Jura defensa, & illæsa remanerent, alia similes literæ inhibitoriales coram Nobis expeditæ fuerunt die 23. Maii anni 1716., quibus pariter omnibus, & singulis superius nominatis injunctum fuit, ne sub dictorum Locorum, illorumque membrorum, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis penis superius expressis, auderent, seu præsumerent, aut eorum aliquis auderet, vel præsumeret prædictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudia, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prædictorum Locorum Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis erga eum agere, minusque contributiones, & alia onera ipsis forsan

imponenda persolvere, seu persolvi facere; Immo easdem Communitates, ejusque Ministros, & alios quoscumque prædictis nostris literis sub dictis penis serò nominimus, ipsique præcepimus, ut Loca Montaphiae, Cisternae, Cortanzæ, & Cortanzoni, illorumque Incolas, Habitatores, ac Bona omnia inibi existentia immunes, & immunia, liberos, & libera, ac in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare, & conservari facere, & à gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Dominum Ducem, illiusque Ministros super dictis Feudis, Habitatoribus, & Bonis quomodolibet imponendis iterum appellare, & reclamare, de nullitate dicere, & omnia, quæ necessaria fuerint super præmissis, agere, & gerere omnino deberent, & prout latius in eisdem literis continetur, ad quas &c.

§. 5. Hujusmodi itaque literis ad valvas Ecclesiarum dictorum Locorum publicè affixis, & executis, quamvis illorum Habitatores, & Vassalli pro eorum obedientia, & fidelitatis debito erga Apostolicam Sedem fategissent sese immunes, & liberos tueri, & bona omnia inibi existentia penitus exempta conservare à personalibus, & realibus impositionibus, quibus Administrati dicti Serenissimi Ducis Sabaudia, & Principis Pedemontis eos gravare conabantur; Nihilominus violentiis Laicalis Potestatis Taurinensis oppressi, coacti fuerunt, factò tamen, non animo, illis cedere, & sese mandatis ejusdem Potestatis, licet inviti, submittere. Hæc profecto noviter evenerunt presentibus, factò tamen elapso anno 1716., quibus præsertim dictæ Potestatis Taurinensis Administrati plura in dictis locis contra Jurisdictionem, supremumque Dominium Sanctæ Sedis Apostolicæ per vim, etiam armatam, attentarunt.

Alia gravamina & violentiæ dd. locorum hominibus illata.

§. 6. Siquidem, ut expositum quoque Nobis fuit, *Carolus Maria Soleri* Commissarius Ducalis de mense Septembris dicti anni 1716. personaliter se contulit ad eadem Loca Cisternae, Montaphiae; & Cortanzæ, redditique Officialibus Universitatum literis à *Comite Pelletta de Casabrato* Syndico, & Præfecto vulgo *Comandante* Civitatis Astenensis expeditis, quibus Vassallorum, & Habitantium notulam requirebat, illique consignari, sub penarum comminatione præcipiebat, eam proinde sibi tradi præfatus Commissarius instanter requisivit, & mandavit, comminata contravenientibus pena militaris executionis: Verùm quia Fideles Populi detestantur dictæ Potestatis Imperio parere, quinimò Syndici, & Consiliiarii Loci Montaphiae non perterriti, petitam notulam exhibere, & consignare tunc recusarunt, ut Apostolicæ Sedis mandatis debite obsequerentur, gravissima damna, & incommoda ab eadem Laicali Potestate experti fuerunt. Etenim dicto mense Septembris triginta Equestres, & septuaginta pedestres milites sub regimine *Equitis Casanova* Civitatis Vercellenis Præfecti, & *Capitanei Piospi* se contulerunt ad dictum Montaphiae locum, ibique diu stationem fecerunt illius Communitatis sumptibus, & expensis, quousque Habitatores, & Vassallos coegerunt ad actum subjectionis erga Serenissimum Sabaudia Ducem, & Principem Pedemontis emittendum, petitamque Hominum, & Incolarum notulam tradendam. Qua de re Habitatores, & Vassalli cæterorum Locorum perterriti hujusmodi notulam coacti tradiderunt, ne parem comminatae militaris executionis penam sustinerent, omnesque demum Cisternae, Montaphiae, & Cortanzæ Habitatores, & Vassalli, ut graviora damna, & incommoda, quæ comminabantur, evaderent, realia, & personalia onera per vim, ut præmit-

Sequitur narratio aliorum gravaminum, & vexationum Laicalis potestatis.

titur, a dicta Potestate imposita proximè præterito, & currenti anno respectivè exsolverunt; ita mandante Advocato *Carolo Antonio Cauda* altero ex Administris dictæ Laicalis Potestatis, dictumque Serenissimum Sabaudia Ducem, & Principem Pedemontis, tanquam præsentum directum Dominum, vi coacti recognoverunt. Præ cæteris autem graviora apparent, quæ laici Administris prædictæ Potestatis contra nostras potestas literas decernere præsumperunt; quippe ad instantiam *Consiliarii, & Patrimonialis Generalis à Secretario Camera*, quam Computorum vocant, expeditum fuit Edictum, seu Rescriptum typis impressum, & in iisdem locis affixum, quo, prævia declaratione nullitatis, & invaliditatis dictarum nostrarum literarum, Subditis, & Vassallis dictorum Locorum, qui Apostolicam Sedem, tanquam Dominam directam, ejusque supremam auctoritatem recognoverant, sub gravissimis pœnis præcipiebatur, quod de cætero supremam tantum dicti Serenissimi Ducis, ejusque Successorum auctoritatem recognoscerent, prout latius apparet ex dicta Ordinatione, seu Rescripto sub Datum Taurini die 31. Augusti 1716., ad quod impugnavit tantum relatio habeatur.

§. 7. Adhuc tamen Administris Laici à vexandis Subditis, & Feudatariis memoratorum Locorum minimè desisterunt, quinimmo prænaratis molestiis novas, gravioresque in dies adjicientes ad militares executiones devenerunt de mense Junii proximè præteriti contra Habitatores loci Cortanzæ, seu Cortazerii. Antedictus quippe Commissarius Soleri à magna Militum copia associatus ad eundem Locum die 14. dicti mensis Junii se contulit, ibique illorum sumptibus in pœnam assertæ inobedientiæ mandatis laicæ Potestatis hospitati fuerunt, donec Communitas, & Particulares compartum tritici, aliasque petitas contributiones unâ cum expensis à Militibus, eorumque Officialibus præsentis persolvere coacti fuerunt.

§. 8. Quæ omnia, & singula, aliaque hujusmodi prænominatos Laicos Administris de facto, & per vim nulliter, & attentatè perpetrata in manifestum, ac detestabile contemptum Apostolicæ Sedis, ejusque Jurisdictionis, Jurium, & Auctoritatis præjudicium commemoravit hodie Nobis, legitimis que juribus comprobavit dictus Illustrissimus Dominus Commissarius Generalis Reverendæ Cameræ Apostolicæ rebusque aliis ex Processu Cause resultantibus, ad quem &c., singula singulis &c., super quibus &c. Quamobrem ad instantiam, & pro parte ejusdem fuimus instantes, & debite requisiti, quatenus de opportuno juris remedio providere, ad sententiam scilicet declaratoriam nullitatis omnium, & singulorum per vim, & metum gestorum ab Officialibus Universitatum dictorum Locorum, illorumque Habitatoribus, & Vassallis erga Serenissimum D. Ducem Sabaudia, & Principem Pedemontis in præjudicium alti, & supremi Domini Apostolicæ Sedis, nec non singulorum pariter circa hujusmodi gestorum ab Administris ejusdem Potestatis devenire, literasque monitorias extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparandum decernere, & concedere dignaremur.

§. 9. Nos igitur Joannes Baptista Spinula Cardinalis Camerarius sedulo spectantes damnatam detestabilemque usurpationem jurisdictionis, jurium, & domini Sanctæ Sedis Apostolicæ à Laicali Taurinensi Potestate, ut præmittitur, commissam; easque violentias ab ejus Subditis, & Vassallis Locorum Cisterne, Montaphiæ; & Cortanzæ, seu Cortazerii injustè passas, proindeque attendentes requisitionem hujusmodi Nobis factam fore, & esse justam, ac rationi consonam cum-

que justa petenti non sit denegandus assensus ad petitam declaratoriam Sententiam, seu Decretum nullitatis procedendum prædictasque literas monitorias contra Delinquentes concedendas fore, & esse duximus, & per præsentis mandamus.

§. 10. Quocirca inhaerentes nos etiam Apostolicis literis Sanctissimi Domini Papæ editis die 17. Maii anni 1707. super declaratione nullitatis quamplurium decretorum, ordinationum, mandatorum, aliorumque gestorum in ditione Serenissimi Ducis Sabaudia, tam ultra, quam citra Montes libertati, immunitati, & jurisdictioni Ecclesiasticæ, atque auctoritati Apostolicæ præjudicialium, aliisque similibus literis pariter editis die 20. Octobris proximè præteriti super hujusmodi declaratione nullitatis præfati Edicti ad supplicationem Patrimonialis generalis Secularis Potestatis in Ducatu Sabaudia, & Pedemontis Principatu emanati, omnia, & singula à præfatis Administris causa, & occasione præmissorum acta, gesta, & perpetrata contra altum, directam, & supremum Dominum Sedis Apostolicæ, nec non ab Habitatoribus, & Vassallis eorumdem Locorum per vim, & metum nequiter extorta cum omnibus & singulis inde secutis, & quodcumque secuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injusta, damnata, reprobata, inania, temeraria, & à non habentibus Potestatem, ac à deficientibus respectivè à debito obedientiæ erga Sanctam Sedem Apostolicam damnabiliter gesta, & attentata, de facto præsumpta, ac per vim extorta, nulliusque roboris, & momenti, vel efficacitatis esse, & ab initio fuisse, & perpetuè fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imò nec ea à quopiam observari posse, vel potuisse, nec ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum etiam coloratum possidendi, vel præscribendi causam acquisitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quodcumque acquiri, vel competere posse neque illa ullum statum facere, vel fecisse, itaut illis minimè obstantibus Apostolicæ Sedis, & Astenensis Ecclesiæ jura quæcumque semper, & omni tempore remaneant, sint, & serventur, ac censeri debeant facta, recta, integra, illæsa, & illibata, perinde ac si præmissa tam à Laicali Potestate Taurinensi, quam à Subditis, & Vassallis Apostolicæ Sedis, dictorumque Locorum Habitatoribus per vim, ut præmittitur, gestorum, nunquam emanassent, nec facta fuissent, ac pro non extantibus, & non factis perpetuè itidem haberi debere tenore præsentium declaramus, & publicè denunciamus; & nihilominus ad majorem, & abundantiorum cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, & pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolicis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis temper haberi volumus, & mandamus.

§. 11. Quibus per Nos ita decretis, & declaratis semper, & perpetuè in suo robore manentibus committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ strictæ præcipiendo mandamus vobis omnibus, & singulis, ac vestrum cuilibet insolidum tenore præsentium, quatenus vilis iisdem præsentibus &c. *Supradictis Carolum Mariam Soleri assertum Commissarium Ducalem, Comitem Pelletta de Casambrato Syndicum & Præfectum vulgò Commandante Civitatis Astensis, Equitem Casanova Civitatis Vercellen. Præfectum, pariter Commandante nuncupat., Capitaneum Populi, Advocatum Carolum Antonium Cauda, N. N. Consiliarium, & Patrimoniale generalem, N. N. à secretis Camera Computorum nuncupat., N. N. Locumtenentem Columnelli Rambusium, & Comitem sive Equitem Ca-*

Omnes actus gesti ab hominibus dictorum Locorum, & omnia attentata laicalis potestatis contra ipsos patrata nulla, ac inania declarantur cum omnibus secutis & secuturis.

Citantur Laici potestatis Officiales, qui præmissa perpetrarunt, ad comparandum coram Card. Camerario, & allegandam causam, quare declarari non debeant excommunicati.

Incolæ Cortanzæ, seu Cortazerii militari brachio coacti fuerunt contributiones persolvere.

Instantia Commissarii Generalis Cameræ Apostolicæ.

ranecum *Cumiana* citetis, moneatis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciatis, prout Nos eodem, & eorum quemlibet harum serie citamus, monemus, & requirimus primo, secundo, tertio, & preceptorie, quatenus infra sexaginta dierum spatium ab executione presentium computan., quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, & alios viginti pro tertio ultimo, & preceptorio termino, ac trina Canonica monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & ipsorum quilibet, prout eos tangit, debeat Romae coram Nobis personaliter, vel legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam quare non debeamus ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas censuras, & penas contra predicta, & similia committentes in Sacris Canonibus, Conciliis, & Apostolicis Constitutionibus, & praesertim in Bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari solita, contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari & respectivè non debeant condemnari ad damna, expensas, & interesse, & super praemissis cum dicto Illustrissimo Domino Commissario Generali, & aliis cum quibus opus fuerit, juri stetit, & deque eorum innocentia, si qua sit, legitime docuisse, presentique nostro Monitorio omnino paruisse: *Certificantes eosdem Carolum Mariam Soleri, aliosque predictos sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis praefixo legitime non comparuerint, vel aliquis ipsorum non comparuerit, Nos nihilominus ad ulteriora juris, & facti remedia, & ad declarationem incursum penarum praedictarum usque ad sententiam, illiusque executionem inclusivè, prout juris fuerit, per contradictas, vel Edictum publicum procedemus, eorum contumaciâ, vel absentia, aliisque quibuscumque non obstantibus.*

Decernitur
praesens Monitorium affigi in Urbe, in Ecclesiis majoribus Messerani, ac Tiliolarum, sic affixum, omnes citatos officere debere &c. ob non tutum accessum ad praemissa loca.

§. 12. Et cum excessus praedicti patris fuerint in jurisdictione Praedictorum Principatus Cisterne & Montaphiae, ac Marchionatus Cortanzæ, & Cortanzoni, & valde notoria sit violenta occupatio jurisdictionis Sanctae Sedis, & Reverendae Camerae Apostolicae, & pro praesenti nostro Monitorio exequendo tutus non pateat accessus, propterea volumus, & auctoritate nostra decernimus idem nostrum Monitorium contra omnes supra nominatos exequi mediante affixione, & dimissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicae Principis Apostolorum Sancti Petri in Vaticano, Magnae Curiae Innocentianae, & aciei Campi Florae, nec non ad valvas Major. Ecclesiarum Messerani, & Tiliolarum, quo sic exequuto ita eosdem monitos, & eorum singulos arctare, & adstringere perinde valeat, ac si personaliter, & magis legitime exequutum foret. In quorum fidem &c. Datum Romae ex Aedibus nostris hac die 11. Decembris 1717.

Jo: Baptista Cardinalis Spinula Cameraarius.

Dominicus Antonius Galosius Rev. Cam. Apost. Secret., & Cancell.

S E N T E N T I A

IX.

Eminentissimi S. R. E. Cardinalis Camerarii, quâ irritantur, cassantur, & annullantur omnia gesta, & attentata tam ab Officialibus, & Administris Serenissimi Ducis Sabaudiae, & Principis Pedemontis contra Communitates, & Homines Cisterne, Montaphiae, Cortanzæ, & Cortanzoni, quàm ab eisdem Communitatibus, & Hominibus in praedictis locis, & Supremi Domini ad Sanctam Sedem, & Cameraam Apostolicam, super omnibus praefatis locis pertinentis. Nec non omnes praedicti officiales, & Administris propter praefata singillatim excommunicati declarantur.

Christi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum, praeculis habentes, per hanc nostram Declaratoriam Sententiam, quam de Juris Peritorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis, quae primò, & in primâ, seu aliâ quavis veriori coram Nobis versae sunt, & nunc vertuntur Instantia inter Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Joannem Carolum Piancastelli Reverendae Camerae Apostolicae Commissarium Generalem Principalem Actorem, Promotorem ex una, nec non Carolum Mariam Soleri assertum Commissarium Ducalem, Comitem Pelletta de Casambrato Syndicum, & Praefectum vulgò Commandante Civitatis Astensis, Equitem Casanova Civitatis Verceilen. Praefectum, pariter Commandante nuncupat., Capitaneum Pispis, Advocatum Carolum Antonium Cauda, N. N. à Secretis Consiliarium, & Patrimoniale Generale, N. N. à Secretis Camere Computorum nuncupat., N. N. Locumtenentem Columbelli Rambusum, & Comitum, sive Equitem Capitaneum Cumiana; Ex adverso Principales reos conventos, inquisitos, processatos, ad legitimum comparandum monitos, & contumaces in, & super infra scriptis per eosdem commissis, & patris delictis, & signanter de, & super eo, quod cum Laicalis Potestas Taurinensis excogitaverit, omnique conatu fatergit jurisdictionem, & Jura Sedis Apostolicae usurpare, praesertim verò id contigerit in Principatu Cisterne, & Montaphiae, ac Marchionatu Cortanzæ, & Cortanzoni in Diocesi, & Comitatu Asten. existentium, & ab eadem Ecclesia Episcopali Astensi, Taurini, & Papiae respectivè dependentium, supremoque, alto, & directo Dominio, & Jurisdictioni dicte Sanctae Sedis totaliter subjectorum; Siquidem pluribus ab hinc annis praefata laicalis Potestas contra eadem loca, eorumque habitatores, & Apostolicae Sedis Vassallos plura attentaverit, illos scilicet contra omne Juris debitum, ac in Apostolicae Sedis praedictum vexaverit, & ad contri buendum taxas coegerit, ac bona in eisdem Feudis posita, & existentia onere contributionum, & taxarum realium, & personalium respectivè gravaverit, aliaque hujusmodi ita violentè gesserit, & attentaverit, ut Feudatarii dictorum Locorum, illorumque Habitatores, & Vassalli Sanctae Sedis tales sese agnoscerent, & exhiberent erga Serenissimum Sabaudiae Ducem, & Principem Pedemontis, ac si fuissent, & essent ejus Subditi, & Vassalli, itaut omnibus oneribus, & contributionibus de facto subjacerent, quibus dicti Serenissimi Ducis Subditi de jure subjacent.

§. 1. Ad haec autem avertenda mala, quae Jurisdictioni, ac Supremo Dominio Sedis Apostolicae per vim inferebantur provida sollicitudine Commissarii Generalis tunc temporis Reverendae Camerae Apostolicae expeditis coram Nobis die 8. Augusti 1702. Literis inhibitorialibus, quibus

justi-